

92<sup>o</sup> 8

LITANIÆ  
IN CULTUM SANCTÆ FACIÆ  
Christi Domini.

PER D. SANCTIVM DAVILA EIIS  
copum Giennensem.




Biatis, apud Marianam de Montoya, anno Domini 1613.

11

1150

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

1150



UNIVERSITY OF CHICAGO LIBRARY

# AD LECTOREM.

Episcopus Gienensis.



**LITANIÆ**, quæ rogationes ardentibus, & humilibus latinè dicuntur; in Ecclesia Catholica ita sunt antiquæ, vt illarum institutor certus omnino lateat. Apparet tamen Primitiuam Ecclesiã illis usam fuisse. \* Tertulianus sæpius meminit stationum, quæ ieiuniorum temporibus fiebant; has absquẽ Litanijs non fuisse omnes pro comperto habet. Diuus Basilius in Ecclesia sua Cæsariensi usum illarum solemnissimũ inuenit. Et temporibus Diui Gregorij Thaumaturgi, qui fuit Imperatoris Decij coeui, in Diocesi eius canebantur.

Beatus in super Augustinus in sermone quodã illos acriter reprehendit, qui Litanijs non inter sunt, ibique de ipsis Litanijs agit. Et sanctus Sidonius affirmat Beatũ Mamercũ Viennensem Episcopum, Litanias accuratè perfecisse, illisque addidisse non nulla, anno quadringentesimo quinquagesimo secundo, quò Valentinianus tertius Imperabat.

Concilio Aurelianensi Canone vigesimo nono placuit celebrari maiores Litanias, quæ die Beati Marci solemniter canuntur; at minores dicuntur, quæ tribus subsequentibus diebus recitantur ante festũ Ascensionis; & quæ in diuersis per totum annum diebus, & in Regionibus priuatis canebantur in templis, vt in Italia, tempore Quadragesimæ, in Gallia mense Septembri, atque in

\* *Tertul. li. 2. ad uxoreli. de Baptismo, & li. de Coro. mili. floruit anno 200.*

*D. Bas. Epi. 63. ad Neocæsarienses floruit anno. 370.*

*D. Gre. Thaumaturgus floruit. anno 260.*

*Sozom. l. 8. c. 8.*

*D. Aug. Serm. 173. de tempore in Vigil. Ascẽ. floruit. an 400.*

*Sidon. Appoli. li. 7. Epist. Epi.*

*1. ad S. Mamercum. floruit anno 480.*

\* *1. Conci. Aurelian. Cano. 29. to. 2. Con. Cæsarij Epi. Arelatẽ. Hom. 33.*

*D. Gre. Turon. lib. 4. capit. 5. Concilium Lugdunenſe, cap. 6. Ioan. Steph. Durant. de ritibus Eccleſ. Catholice. capit. 10. D. Grego. li. 2. Regiſt. in prin. Solemni. annue deuotionis noſ, fratres dilectiſſimi ad monet, vt Litaniam, quæ maior ab omnibus appellatur, ſolicitius ac deuotius debeamus (auxiliante Deo) mentibus celebrare, &c. D. Ioannes Damasc. lib. 3. de ſi. de Orthodoxa, capit. 10.*

*Niceph. li. 14. cap. 3. & 46.*

alijs Prouincijs diebus ieiunij & penitentia. Alia ſacra Concilia & Summi Pontifices in diuerſis populi afflictionibus ac neceſſitatibus vt Litanie canerentur preceperunt.

Concilium vero Calcedonenſe hoc Canticum probans affirmat Angelos illud cantare ſolitos, & præcipit, vt in Eccleſia vniuerſali iugiter canatur. Imperatores etiam Mauritius, & Zeno, ſuis temporibus priſcis, Litanijs dediti toto corde fuerunt.

Pelagius Papa has diuinas deprecationes cantari iuſit, cum Roma peſtilentia laboraret: cuius ſucceſſor Gregorius Magnus in altera peſte precepit, vt Romæ, atque in Eccleſia tota Litanie maiores canerentur, prope feſtum Aſcenſionis, & per annum totum, minores, vero in neceſſitatibus tam propter diuinum cultum, quã propter ſanctorum gloriã, qui noſtum in auxilium aduocati pronobis Deum orare non deſinant.

Cum Ciuitas tota Conſtantinopolis ( vt Diuus Ioãnes Damascenus ſcribit) in afflictione magna, propter nimiam exortam tempeſtatem Litanias caneret, viſus eſt repente quidam puer in cælum ſubleuari per aera, qui cum ab oculis omnium reſceſſiſſet, poſt modum tamẽ incolumis apparuit, narrauitque quemadmodum Angelos audiuerat canentes triſagion in hunc modum: Sancte Deus miſerere nobis: Sancte, & fortis miſerere nobis: Sãcte, & immortalis miſerere nobis. A quibus verbis temporibus illis Litanie exordiebantur: quam primũque ſedato terramotu, illa tota Prouincia, & Ciuitas, metu liberata quieuit. Hoc miraculum memorat Nicephorus, qui etiam addit Proclum Patriarcham Conſtantinopolitanũ & Theodoſium

dosium Imperatorem nudis pedibus tunc proce-  
dere Litanias canentes.

Quia ergo Litaniarum canticum diuinæ Maie-  
stati tantum præstat obsequium: sunt & fuere ma-  
ximi viri, quorum quilibet de Mysterijs singulis  
illas scripserunt felicissimè, alius de vita & Passio-  
ne Saluatoris nostri, alius de nomine dulcissimo  
*IESU*, alius de Beatissima Virgine Maria, & alius  
de almo ac mirabili Sacramento Altaris. Cum  
igitur Veronicæ sanctæ mysterium tantæ sit deuo-  
tionis, & cultus, & illa, hæc nostra Ecclesia sancta  
nobilitata atque illustris existat iam quadringen-  
tis, & tribus annis præteritis, quibus velum, in quo  
diuina facies extat insignita nõdum inueteratum,  
integrum perseverat. Iustissimum proculdubio  
videtur, per totam Diocesim illius memoriam ce-  
lebrari. Qua propter suprascriptas Litanias iam im-  
pressas videntes, hanc de Veronica sancta compo-  
suimus, illis omnibus, qui cantarent vel recitaret  
eam quadraginta dierum indulgentiam conceden-  
tes.

*Cedre. in Theo-  
dosio, & Meno-  
logiũ Græcorũ.  
die 24. Septem-  
bris.*



Kirie-

**Kiriceleyson, Christecleyson. Kiriceleyson.**  
**Christe audinos. Christe exaudinos.**

- ¶ Pater de Cælis Deus, miserere nobis.
- ¶ Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
- ¶ Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.
- ¶ Sancta pulcritudo speciei eius, Miserere nobis.
- ¶ Sancta imago veræ faciei Iesu Christi in crucis  
bailatione ad viuum expressa, Miserere.
- ¶ Sancta facies in Natiuitate ab Angelis de can-  
tata, & à Pastoribus, & Regibus adorata, Mife-  
rere nobis.
- ¶ Sancta facies in Iordanis baptisinate ab omni-  
potenti Patre clarificata, Miserere.
- ¶ Sancta facies in Thransfiguratione montis Tha-  
bor glorificata, Miserere.
- ¶ Sancta facies paradifus Giennensis, Miserere  
nobis.
- ¶ Sancta facies, gloria & corona nostra, Miserere.
- ¶ Sancta facies splendor Patris.
- ¶ Sancta facies figura substantiæ eius, Miserere.
- ¶ Sancta facies memoria Redemptionis nostræ,  
Miserere.
- ¶ Sancta facies desiderium Angelorum, Miserere  
nobis.
- ¶ Sancta facies speculum sanctorum, Miserere.
- ¶ Sancta facies Gaudium beatorum, Miserere.
- ¶ Sancta facies refectio iustorum, Miserere.
- ¶ Sancta facies resurrectio peccatorum, Miserere  
nobis.
- ¶ Sancta facies vita mortuorum, Miserere.
- ¶ Sancta facies lux mundi, Miserere.
- ¶ Sancta facies via errantium peccatorum, Mife-  
rere nobis.
- ¶ Sancta facies salus omnium in te credentium,  
Miserere.

Miserere nobis.

- ¶ Sancta facies non auersa ab increpantibus & conspuentibus in eam, Miserere.
- ¶ Sancta facies cui non fuit species, nec decor, nec aspectus, Miserere.
- ¶ Sancta facies quasi abscondita & despecta pro nobis, Miserere.
- ¶ Sancta facies propter nos confusione cooperta, Miserere nobis.
- ¶ Sancta facies opprobrijs saturata, Miserere.
- ¶ Sancta facies quæ percutienti dedit maxillam, Miserere nobis.
- ¶ Sancta facies quæ vellentibus dedit genas, Miserere nobis.
- ¶ Sancta facies quæ propter nos sudauit sanguinem, Miserere nobis.
- ¶ Sancta facies propter nos velata & percusa, Miserere nobis.
- ¶ Sancta facies in quam impij tyranni expuerunt, & palmas dederunt, Miserere nobis.
- ¶ Propitius esto Parce nobis Domine.
- ¶ Propitius esto exaudinos Domine.
- ¶ Ab omni malo libera nos Domine.
- ¶ Per crucem & Passionem tuam, libera nos Domine.
- ¶ Per hanc faciem sanctam tuam, libera nos.
- ¶ Per admirabilem faciem tuam ostensam, libera nos Domine.
- ¶ Per signatum lumen vultus tui super nos, libera nos Domine.
- ¶ Per lætitiā vultus tui in cordibus nostris, libera nos Domine.
- ¶ Per lumen vultus tui in quo ambulamus, libera nos Domine.

¶ Quia

- ¶ Quia præocupamus faciem tuam in confefsio-  
ne, liberanos.
- ¶ Quia iam læti moriemur, quoniam ostendisti  
uobis faciem tuam, liberanos.
- ¶ Per Gloriam & decorem vultus tui super niuē  
de albatū & super nos semper, liberanos. *Doñe*
- ¶ Peccatores, te rogamus audinos.
- ¶ Vt nobis parcas, te rogamus audinos.
- ¶ Vt cuncto populo Christiano, & isti tuo Gien-  
nensi, ad seruādam faciem tuam electo, pacem  
dones, te rogamus.
- ¶ Vt Ecclesiam hanc felicissimam in qua recon-  
ditum est munus incomparabile vultus tui, re-  
gere & conseruare digneris, Te rogamus au-  
dinos.
- ¶ Vt Episcopum nostrum, & Capitulum eius, &  
ministros huius sanctæ Ecclesiæ, in tuo sancto  
seruicio confortare & conseruare digneris, Te  
rogamus audinos.
- ¶ Fili Dei, Te rogamus audinos.
- ¶ Facies Iesu Christi Domini nostri qui tollis pec-  
cata mundi, Parce nobis Domine.
- ¶ Facies Saluatoris qui tollis peccata mūdi, exau-  
dinos Domine.
- ¶ Facies Redemptoris qui tollis peccata mundi,  
Miserere nobis Domine.

Kirieleyson. Christeeleyson. Kirieleyson.  
Pater noster, & nenos inducas intentatior em.  
Cum inuocarem exaudiuit me Deus.

Oremus pro Pōtifice nostro Paulo Quinto. Do-  
minus conseruet eum, & viuificet eum, & bea-  
tum faciat eum.

Oremus pro Rege nostro Philippo. Saluum fac  
eum Domine.

Oremus



Oremus pro eius Vicarijs & officialibus. Mitte  
eis Domine, auxilium de sancto.

Respice in faciem Christi tui. Et ne auertas fa-  
ciem tuam a nobis.

Ne proicias à facie tua populū tuum Giennēsem.

Resp. Et Spiritum sanctum tuum ne auferas á no-  
bis.

Ostende nobis Domine faciem tuam. Et salui eri-  
mus.

Domine exaudi orationem meam.

Dominus vobiscum.

§ OREMVS. §

**P**ientissime Deus, qui sacra signa sanctæ Pas-  
sionistux in sacro vultu ad viuum expresso, no-  
bis reliquisti (quæ admodum in sacra sindone in  
qua corpus sanctissimum tuum inuolutum fuit  
relinquere voluisti) concede propitius, vt per  
mortem & sepulturam tuam ad resurrectionis  
gloriam perducamur, qui viuis, & Regnas, &c.

¶ Salue sancta facies nostri Redemptoris,  
In qua nitet species diuini splendoris  
Impressa panniculo niuei candoris  
Dataque Veronicæ ob signum amoris.

¶ Salue decus sæculi, speculum sanctorum  
Quod videre cupiunt spiritus cælorum  
Nos ab omni macula purga vitiorum  
Atque nos consortio iunge beatorum.

¶ Salue nostra gloria in hac vita dura

Labili,

Labili, & fragili cito transitura  
Nos perduc ad patriam ó felix figura  
Ad videndum faciem quæ est Christi pura.  
¶ Esto nobis, quæsumus, tutum adiuuamen  
Dulce refrigerium atque consolamen  
Ut nobis non noceat hostile grauamen  
Sed fruamur requie cum beatis. Amen.

Verf. Illuminet vultum suum super nos.


Respon. Et misereatur nostri.

## OREMVS

**O**Mnipotens Deus, qui ad instantiam Beatæ  
Veronicæ imaginē tuam sudario impressam  
relinquere voluisti: præsta supplicibus tuis, vt qui  
eam in hoc speculo, & enigmate veneramus in  
terris, desiderabilē veram faciē tuā læti & securi  
videre mereamur in cælis. Qui viuus & regnas  
cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus  
per omnia secula seculorum. Amen.

F I N I S.





F. Heylan me fecit Granatæ.

